



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 87. Alexandri VII. summi Pontificis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. lanensis, Archiepiscopus Ephesus,
 A. C. 1667. Cardinalis tit. S. Agnetis. IV. Iunius
 Caracciolus Neapolitanus Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis. V. Joannes
 Delphinus Patriarcha Aquileiensis Presbyter Cardinalis S. Salvatoris in
 Lauro. VI. Guidobaldus de Thun natione Germanus Presbyter Cardinalis
 sine titulo. VII. Ludovicus de Vendome Cardinalis Diaconus S. Marize in
 Porticu. VIII. Aloysius Guilielmus Moncata Cardinalis Diaconus sine
 titulo.

§. LXXXVII.

Alexandri VII. summi Pontificis obitus.

*Ciacon. in
 vita Ale-
 xandri VII.
 tom. 4.*

Senferat equidem Alexander Papa pro-
 ximius halitum suum ad ultimam
 lineam decurrere, seque divina volun-
 tate in æternitatis forum evocari, quo
 circa die decima tertia Aprilis Purpu-
 ratorum conventum indixit, in quo
 habita pia, ac pro more suo disertis
 oratione cunctis supremum veluti vultus
 dicens, eos lacrimis ubertim interfluen-
 tibus hortabatur, ut solius Dei gloriam
 Sedis Apostolicæ honorem, ac Eccle-
 siæ incrementum respicientes, virtus
 Ecclesiæ tam periculoso tempore re-
 gendæ idoneum seligerent: Ab eo tempore

poris momento plerumque solus & sibi Sæc. XVII. A. C. 1667.
 plane, suisque curis relictus, in pœ-
 nitudine delictorum, & præteritæ æta-
 tis accusatione sese ad supremam lucram
 accingebat; tandem vero post diutur-
 nos, acerbissimosque dolores invicta
 Christiani animi fortitudine toleratos
 die vigesima secunda Maji placidissime
 obdormivit in Domino, anno ætatis
 suæ sexagesimo octavo, Pontificatus
 vero duodecimo cum unico Mense, &
 quindecim diebus.

§. LXXXVIII.

*Ejusdem Pontificis gesta in Pon-
 tificatu.*

Sub ipsa Pontificatus auspicia Alexan- Palat. in
 der VII. jamjam gravissimis undique vita Ale-
 rerum angustiis premebatur, ac sæpe xandri VII.
 innumeras tam ardui muneris curas
 dolebat, mæstoque prioris vitæ deside-
 rio, & recordatione, præsentem, mi-
 seramque servitutem sub amplissimi ho-
 noris specie impositam deplorabat: ni-
 hilominus virtute ex alto roboratus,
 cuncta adversa invicto animo exceptit,
 atque impigro labore & prudentia su-
 peravit: Afflictabatur Romana Urbs
 fame ac pestilentia, quæ tamen mala
 providus ac liberalis Prens humanis,
 Divinisque remediis & copiosa annona